



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Nouo Testamento Quatuor Eua[n]=||gelia**

**Erasmus, Desiderius**

**Erphordie, 1520**

**VD16 B 4591**

Capvt. VIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34488**

arbor, fructus malos facit. Non potest arbor bona, fructus malos facere, neq; arbor putris, fructus bonos facere. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidit, & in ignem conicitur. Igitur ex fructibus ipsorum agnosceris eos. Non quisquis dicit mihi dñe, dñe, introibit in regnum cælorum, sed qui fecerit voluntatem patris mei, qui in cælis est. Multi dicent mihi in illo die, Domine, domine, nonne per nomen tuum prophetauimus, & per nomen tuum demonia eiecimus? & per nomen tuum multas virtutes præstitimus? Ac tum confitebor illis, nunquam noui vos. Discedite a me, qui operamini iniquitatem. Omnis enim qui audit ex me sermones hos, & facit eos, ad similitudinem illius uiri prudenti, qui ædificauit domum suam super petram, & descendit hyber, & uenerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non est posstrata. Fundata enim fuerat super petram, Et omnes qui audit a me sermones hos, & non facit eos, ad similitudinem uiri fatuo, qui ædificauit domum suam super arenam, & descendit hyber, & uenerunt flumina, & flauerunt venti, & impegerunt in domum illam, & deiecta est, & fuit ruina illius magna, Et factum est, ut, cum finisset Iesus sermones hos, obstupuerunt turbæ super doctrinam illius. Docebat enim eos uelut habens auctoritatem, & non sicuti scribæ

## CAPVT. VIII.

Um descendisset autem de monte, secutæ sunt eum turbæ multæ, & ecce leprosus accedens, adorauit eum dicens, Dñe, si uelis, potes me mundare, protensaq; manu tetigit illum, dicens. Volo, mundus esto, ac protinus mundata fuit illius lepra. Et dicit illi Iesus. Vide, ne cui dixeris, sed abi ostende te

MATTHAEV. FO. IX.

ipsum sacerdoti, & offer munus, quod iussit offerri Moses in tes-  
 timoniū ipsi. Porro cū ingressus fuisset Iesus Capernaū adiit eū  
 centurio, obsecrans eū & dicens. Domine, famulus me⁹ decum-  
 bit domi paralyticus, ac grauiter discruciatur. Et dicit illi Iesus,  
 Ego cū venero medebor illi. Et respondens centurio dixit, Dñe,  
 non sum idoneus, vt tectum meū subeas, imo tantū dic verbū, &  
 sanabit famulus meus. Nam & ego sum homo alterius potesta-  
 ti subditus, & habeo sub me milites, & dico huic, vade, & vadit.  
 & alteri, veni, & venit. & seruo meo, fac hoc, & facit, Hæc autem  
 cū audisset Iesus, admiratus est, & ait sequentibus se, Amen dico  
 vobis, ne in Israel quidem tantū fidei reperā, dico autem vobis,  
 quod multi ab oriente & occidente venturi sunt, & accumbent  
 cū Abraham & Isaac, & Iacob, in regno cœlorū, fili⁹ vero regnī  
 eijcient in tenebras exterimas, illic erit ploratus & stridor dētium  
 Et dixit Iesus centurioni, Abi, & quēadmodū credis, ita fiat tibi,  
 & sanatus est famulus eius in hora illa. Et cū venisset Iesus in do-  
 mū Petri, vidit focrū illius in lecto decūbentem, & febricitantē,  
 tetigitq; manū illius, & reliquit illā febris, & surrexit, ac ministra-  
 uit illis. Cū autē appetisset vespera, adduxerunt illi dæmoniacos  
 multos, & eiecit spīritus verbo, omnesq; male habentes sanauit,  
 turbas vt impleret qđ dictū erat, p̄ Esaiā pphetā cū ait, hic infir-  
 mitates n̄s suscepit, & morbos portauit. Cū vidisset autē Iesus  
 multas, circū sese, iussit, vt abirent in vltiorē ripam, & cū audis-  
 set, vnus scriba dixit ei, Preceptor, sequar te quocūq; abieris. Et  
 dicit illi Iesus, vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos at si

SECUNDVM.

lius hominis nō habet, vbi caput reclinet. Alius de numero discipulorū suorū dixit ei, dñe permitte mihi prius, vt abeā, & sepeliā am patrē meū. At Iesus dixit illi. Sequere me, & sine vt mortui sepeliāt mortuos suos, & cū esset ingressus nauim, secuti sunt eū discipuli sui, & ecce motus magnus factus est in mari, adeo vt nauis operiret a fluctibus, ipse vero dormiebat. Et accedentes discipuli, excitauerunt illū dicentes. Domine, serua nos, perimus. Et dicit illis, Quid timidi estis exigua prœditi fiducia. Tunc excitatus, increpauit ventos & mare, & facta est tranquillitas magna, hoies vero admirabantē dicentes. Qualis est hic, quia venti quoq; & mare obediunt illi? Et cum venisset ad vltiorē ripā, in regionem Gersenorum occurrerunt ei duo dæmoniaci, e monumentis egressi, erant autē sæui supra modū, adeo vt nemo posset transire per viam illam. Et ecce vociferabantē dicentes, Quid rei nobis tecū est Iesu fili dei? venisti huc ad cruciandum nos ante tempus? Erat autē procul ab illis grex porcorū multorū pascens. Dæmones vero rogabāt eū dicentes, Si eijs nos, permitte nobis, vt demigramus in gregē porcorū. Et ait illis, Abite. Illi vero egressi abierunt in gregem porcorū. Et ecce ferebat totus grex porcorū, per præceptum in mare, & perierunt in aquis. Porro qui pascebāt aufugerunt, & digressi in ciuitatem, renunciauerunt omnia, & quid accidisset dæmoniacis. Et ecce tota ciuitas exiuit, in occursum Iesu. Et cū uidissent illū rogabant, vt decederet a finib; suis.

¶ CAPVT. IX.

¶ Ingressus nauē, traiecit ac venit in suā ciuitatē. Et